

# CONSILIORVM,

Siue Responsorum Iuris,

D. IOANNIS CEPHALI  
FERRARIENSIS,

Iureconfulti Clarissimi, & Perillustris,

IN CELEBERRIMO GYMNASIO PATAVINO

*Vespertinarum Lctionum Interpretis summi,  
ac primarij.*

Liber Primus.

OPVS, ET ACVMINE, ET VARIETATE, ET  
EXPLICATIONE ERVDITISSIMVM,

*Omnibusque, praesertim forum agentibus, perutile, ac necessarium.*

Hac vltima editione, à plurimis mendis (quibus in alijs referum erat) industria &  
vigilia celeberrimorum I. C. purgatum.

*Cum Summarijs, & Indice copioso planè, & locupleti.*

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS,

Apud Franciscum Zilettum. MDLXXXII.



IOANNES CEPHALVS  
IVRISCONS. FERRARIENSIS

Sacrofancto Senatui

MEDIOLANENSI.



**M**ULTA quidem & varia, magno cum labore, superioribus annis, congeffi, verum ea mente, ne in lucem vnquam prodirent, mitterentur ve, non ignarus huiusmodi vigilias ac editiones plerisque Lectoribus nauifcam magis inducere, quam aliquid voluptatis vel utilitatis afferre: nihil enim dictum quin prius dictum afferunt, & iccirco inanem lumpum laboremque addi affirmant, qua potiffimum ratione quampluribus mihi familiaritate coniunctiffimis, meque diuerfa ratione faepe adhortantibus, ut aliqua chalcographis concederem, constantiffime reftiti, tum etiam quia detestandum ambitionis crimen femper effugi: non etenim ego fum ex ijs, ut fere omnes feiunt, qui maioribus follibus fpirent. Abfit tamen ut negem, quin propter ueram laudem & gloriam me totum iuris ciuilibus fcientia à teneris annis tradiderim, fed eo propofito, ne me aliqua in parte criminofum, omnibus quidem gratum efficerent redderentue. Quod autem in praefentiarum a primo confilio diuerfi paffus fuerim, non eft quod hoc loco rationem reddam, cum ij, qui me hanc in fententiam traxerunt, uiuant, & utinam diu uiuant, fintque eam quotidie reddituri, & uerum opinionis meae teftimonium faaturi. Ceterum cum feiat **DEVS** Oprimus Maximus, me quibufcunque meis in rebus ac fcriptis ueritatem femper fuiife amplectum, diuino fuo afilato fpero & confido, Lectores primo afpectu obtrectatorum partes non effe fufcepturos, at re praemanfa, & deguftata, matura deliberatione candidaque mente, fi quid exinde indignum compertum fuerit, ad auctorem benignè delaturos. Ut tamen hoc meum uotum felicius fuccedat, cum in terris etiam aliquod mihi numen per quam neceffariam effe exiftimauerim, Sacrofancto Senatui Mediolanenfi praefens confiliorum uolumen commendare, idque folidæ illius tutelæ adherere uolui. Is enim quoque Magiftratus, tanquam **DEVS** in terris, ueritatem ipfam amplectitur, & cuncta fincerè tractat, intelligit, ac defendit. Mox uetus illud Athenienfium tantopere laudatum celebratumque confilium, fingulari prudentia ac doctrina, exactiffimoque iudicio, refert, fanctiffimis moribus exprimit, fpecie ipfa, dignitate, grauitateque repræfentat: hic fi quidem Senatus è legibus Iurisque confultis conftat. Accipiat itaque ampliffimus ille Confelfus hæc fcripta, femel eadem percurrat, ac exigente neceffitate corrigat & caftiget, atque, ut fperatur, protegat ac tueatur a Criticis malignè eurolis, hominem, qui ex iudicio fuo bis in Ticinenfem Academiam, ad primos fuggellus accerfitus, omni ftudio, diligentia, totisque uiribus contendit & ftudet, ut munia fibi commiffa nauiter impleat. Si uerò primum hunc librum non inutilem effe, uel faltem non floclipendi animaduertero, exhibit ftatim fecundus fetus, qui prope eft in limine, ut Merianis typis tradatur.



IOANNIS CEPHALI  
FERRARIENSIS I. C.

CONSILIA.  
Liber Primus.

PRO ILLUSTR. COM. MAVRITIO PETRA  
Reuerendiss. Episcopo Vigliani.

ARGUMENTVM Consil. I.

¶ Comes factus Episcopus an amittat castrum quod obtinet vigore primogenitura,  
vbi castrum feudale est.

S Y M M A R I U M

- 1 **M** A X I M U S effectus clericus an feudum possit retinere.
- 2 Idem in ceteris religiosis.
- 3 Ratio premissorum.
- 4 Femina quare excludatur a feudo.
- 5 Acquirantur mulier & clericus in materia feudali.
- 6 Clericus primogenitus an feudum possit retinere.
- 7 Clericus an feudum amissum recuperet si desinat clericari.
- 8 Exclusus seuel perpetuo remanet exclusus.
- 9 Clericus qui creatur tacite censetur feudo renuntiare.
- 10 Protestatio contra factum non valet.
- 11 Primogenitus si matris conditionem non dicitur primogenitus.
- 12 Cardinalis non videtur possidere feudum.
- 13 Acquirantur videntur in materia feudi Cardinalis et Episcopus.
- 14 Comes factus Episcopus an possit retinere feudum comitatus.
- 15 Decisio auctoritatis.
- 16 Iura vtilia, non autem directa, ex feudi concessione transferuntur.
- 17 Dominium directum non reservatum censetur translationem.
- 18 Contractus non distinguuntur a nominibus, sed a forma.
- 19 Donatio in dubio presumitur, non autem feudum, quando concessio facta fuit ob benemerita.
- 20 Feudum quando dicitur francum.
- 21 Feudum francum etiam in ecclesiam transit.
- 22 Feudum conditionatum.
- 23 Feudum improprium non includit heredes clericos excludentes.
- 24 Feudum conditum esse improprium ex verbi sermone.
- 25 Feudum obligatio secularium naturam feudum non est nisi ad seruitium personale.
- 26 Feudales consuetudines quae exorbitant, tunc restringuntur ad personam & proprium feudum.
- 27 Femina a feudo improprio non censetur excludi.
- 28 Feudum semper exigit fidelitatis iuramentum.
- 29 Femina a feudo pluribus rationibus videtur excludi, quibus si clericus.
- 30 Clericus qua ratione sit exclusus a feudo.
- 31 Indivisa persona non censetur electa, vbi in iustitia est facta mentio de filiis ac descendentes.
- 32 Servire quando vasallus possit per substitutionem.
- 33 Ratio eadem vbi militat, eadem quoque in his dispositio debet mutuari.
- 34 Dignitas episcopalis est indivisa.
- 35 Indivisa potest serviri per substitutionem.
- 36 Servitium per substitutionem valde expertum praestari potest.
- 37 Vasallus potest in aliam similem insudare.
- 38 Ratio finalis ex his colligitur, qua in processu dicuntur.
- 39 In iuramentum, effecutionis.

- 40 Episcopi non censentur comprehensi sub prohibitione generali clericorum.
- 41 Cardinales non comprehenduntur sub generali sermone.
- 42 Iura feudorum clericos prohibentia non comprehendunt Cardinales.
- 43 Cardinales nunquam censentur inclusi, nisi specificentur, nisi actus sui natura sit malus.
- 44 Cardinales non leguntur laicorum statuta, sive in rem, sive in personam loquentia.
- 45 Cardinales non tenentur iurare fidelitatem.
- 46 Cardinales non comprehenduntur statuta prohibens immobilia in non subditum alienari.
- 47 Episcopatu nulla dignitas est maior in ecclesia.
- 48 Summus Pontifex appellatur se Episcopum.
- 49 Episcopi dicuntur summi Sacerdotes.
- 50 Episcopi dignitas dicitur culmen dignitatum.
- 51 Episcopi non sunt minoris dignitatis quam Cardinales.
- 52 Cardinales habent maiorem administrationem, quam Episcopi.
- 53 Ecclesia nominis sua venit cathedralis nisi exprimat in specie.
- 54 Episcopus non comprehenditur sub generali clericorum mentione.
- 55 Episcopi non continentur sub generali excommunicationis sententia, nisi inferatur specialis sit mentio.
- 56 Episcopi & Cardinales an includantur in dispositione generali odiosa.
- 57 Persona magna non videtur in generali locutione.
- 58 Comes originis factus Episcopus, non desinit esse Comes, nec perdit comitatum, etiam si habeat in feudum.
- 59 Monachus habetur pro mortuo.
- 60 Miles Dei desinit esse miles seculi.
- 61 Episcopus retinet patrimonialia.
- 62 Tex. in cap. inter dilectos, de fide instrument. inducitur & declaratur.
- 63 Comes sine comitatu est Comes abusive.
- 64 Episcopus, vel alius Prelatus, habens iurisdictionem, potest causas criminales absolvere per delegatum.
- 65 Statuer, si succedat alicui habenti meritis imperium, poterit facere per alium iudicare.
- 66 Clericus simplex nec de commissione Episcopi potest eligere in iustitiam nisi abique inchoat irregularitatem.
- 67 Feuda hodie ex generali conventionem videntur redacta ad ius patrimonialium.
- 68 Fidelitas eo modo praestatur, quo consuevit praestari.
- 69 Vasallus habet electionem in Lombardia eundi ad bellum, vel solvendi.
- 70 Beneficiarius non debet habere, qui non potest officium gerere.
- 71 Feudum sui natura transit ad heredem sanguinis.
- 72 Iura sanguinis ad monasterium non transferuntur.
- 73 Vasallus tenetur, et potest, domum patrocinari sine auxilio.

bus ad De cōcedentes, cum omnimoda iurisdictione, cum iure & mixto imperio, & regalibus, cum oneribus & gratiis prædictis, quibus de consuetudine taxa hæc conceditur D. agentibus. Illust. autem aduersarij, qui dicunt fuisse exceptam & deprimam, taxam, quatenus in inuestitura fuerint nonnulla reserua, illi sunt qui in illa parte inuestituræ quæ videbatur dubia, faciunt fundamentum, ideo contra ipsos est interpretanda. d. l. veteribus interpretatio. n. est facienda contra proferentem, vt post glo. & Bart. ubi prope li. Cagnol. in ambiguis, nu. 3. de reg. iur. & est bonus tex. in contrahenda venditione, eo. titu. de reg. iur. ubi in contrahenda venditione ambiguum pactum contra uenditorem est interpretandum, idem Lea quæ, & l. l. ab eo scrip. ff. de cont. emp. c. contra eum, de regul. iuris in sexto. Alex. conf. os. col. 3. uel præterea, lib. 3. Cagnol. d. l. in contrahenda. l. semper in obscuris, no. 17. cum seq. & l. in ambiguis, nu. 3. eod. titu. in proposito igitur, cum omnia uerba inuestituræ fuerint prolata ab in-

uestientibus, merito uerba contra ipsos proferentes sunt interpretanda, præsertim cum in uideantur in statu uenditoris, cum pro pecunijs debitis dederint callum, ideo pacta & reliqua sunt contra ipsos intelligenda. d. l. in contrahenda, tantomagis cum D. agentes pro dotibus suis hæc bona receperint. & in dubio pro dotibus est iudicandum, l. in ambiguis, ff. de iur. dot. cum uulg. præcipue cum habeamus decisiones Cast. in d. suis consilijs, 63. & 332. d. 1. & Rom. d. consi. 445. quibus, ut constat, non obstant responsiones ex aduerso tradite, quæ ut plurimum uerlan tur, quia Principes sibi ipsi taxam reseruaerunt, & quia agatur de præiudicio tertij, & ex alijs similibus de quibus supra in argumentis factis pro contraria parte, quibus fuit responsum, sic igitur concludo taxam pertinere ad Illust. dominas agentes, non autem ad Illust. Principes, & hoc puto uerissimum saluata men semper, &c.

Ioannes Cephali Papin legens.

*Prima Pars Consiliorum Excellen. Iurisconsulti & celeberrimi legum interpretis  
D. Ioannis Cephali Ferrariensis hic feliciter*

EXPLICIT.

Series chartarum.

ABCDEFGHIJKLMN O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff.

Omnes sunt Quaterniones, præter Ff quod est Ternus.

Tabula de se patet.



VENETIIS,

Apud Franciscum Zilettum.

MDLXXXII.

